



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Instructio practica ...**

De Sacerdotii Origine & Præstantia - Variis item Industriis, & Praxibus,  
quibus Sacerdotes boni ad Dei gloriam suámque & Proximi salutem  
promovendam sunt usi ; Malorvm Qvoqve Sacerdotvm infelici interitu,  
radicibus, & remediis Cui etiam Compendium Ritualis, ea, quæ pro  
commodiori Sacramentorum & ...

**Lohner, Tobias**

**Dilingæ, 1681**

Testimonium Imperatorum, ac Regum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48600](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-48600)

geni ulorum habentes ante diem judicis quodammodo iudicant.

IV. Fabianus 2. q. 7. c. eod. Sacerdotes, inquit, quos Dominus minus suos esse voluit, non sunt leviter tractandi, nec latendi, vel temere accusandi, quoniam eorum sibi causae

Dominus reservare voluit, & suo iudicio vindicare.

V. Anacletus epist. 2. ad Episc. Ital. Dominus, ait, sacræ corporis traductores à vilibus & reprobatis Personis infamari noluit, nec calumniari permisit, sed ipse proprio flagello Sacerdotes è templo ejecit.

VI. Telesphorus 6. q. 1. c. eod. decernit: Omnes, qui adversus Patres, id est, Sacerdotes armantur, infames esse censimus.

VII. S. Gregorius Magnus ad Joannem Episcopum Constantin. scribens: Ego, inquietabat, cunctorum Sacerdotum & sacerdos sum, in quantum ipsi sacerdotaliter vivunt.

### DECIMUM

## TESTIMONIUM IMPERATORUM AC REGVM.

I. Arcadius & Honorius Imperatores C. de Episc. & Clericis. His ead. decreverunt: Si quis in hoc genuso sacrilegii proru- norerit, ut in Ecclesiis Catholicis irruens, Sacerdotibus & Ministris, vel ipsi cultus, locoque aliquid importet injuria, uris quod geritur, à Provincia Rectoribus animadvertisatur, atque ita Provincia Moderator Sacerdotum & Ecclesia Ca- eccl. Ministrorum, loci quoque ipsis, & divini cultus in- Hatianam capitali convictos sive confessos sententia noverit, ab iudicandam.

II. Constantinus Imperator, cum integer ei libellus ca- ingni contra Episcopos & Sacerdotes refertus oblatus es- e reuerteretur, accepit illum quidem, sed mox non lectum comburi, iustit, indecorum afferens, ut, qui judicari ab ipsis debeat, scilicet eisdem judicet. Pœd. Christ. p. 1. c. 6. §. 4.

III. Theodosius Imperator, cum ab initio more aliorum imperatorum in templis intra cancellos sedem habuisset, sedque S. Ambrosius indignum hoc ratus, sedem illi aliam

extra cancellos, & infra Ecclesiasticos præparari jussisset, modò ægrè non tulit, sed talem ordinem velut convenitissimum summopere laudavit, & deinceps perpetuò obvari præcepit.

Ex quibus omnibus hactenus allatis testimoniiis sive nunc colligere possunt Sacerdotes, quām magnam de Sacerdotii Ordine & honore estimationem concipere, quamque diligentiam & conatum adhibere debeant, ut, quemadmodum sapienter monuit S. Ambrosius cap. 3. de Sacerdotio, dignas tali statu virtutes & dotes comparent, & professionem suam actione potius, quām nomine demestrent, ut & actio respondeat nomini, & nomea cum operibus incidat.

